

Laying Of The Corner-Stone

AND

Blessing Of A Church

Performed by a Bishop



Laying Of The Corner-Stone

AND

Blessing Of A Church

Performed by a Bishop

According to

The Roman Pontifical

with Preparations, Instructions, Decrees

BY RT. REV. AURELIUS STEHLE, O.S.B.

Archabbot

ST. VINCENT ARCHABBEY, LATROBE, PA.

Revised by EMMERAN A. RETTGER, O.S.B.

Master of Ceremonies

Revised Edition, 1957 — Second Printing, 1960

THE ARCHABBEY PRESS — LATROBE, PENNSYLVANIA

IMPRIMI POTEST

✚ DIONYSIUS O. STRITTMATTER, O.S.B., D.D.

NIHIL OBSTAT

FRANCISCUS J. MUELLER

IMPRIMATUR

✚ HUGO L. LAMB, S.T.D.

die 16 Maji, 1957.

Library of Congress Catalog Card Number: 57-12378

PRINTED IN U.S.A

LAYING OF THE CORNER-STONE OF A CHURCH

Performed by a Bishop¹

PRELIMINARY

The corner-stone should be square and have square corners, and is to be placed by the bishop in the foundation on the gospel side near the altar, where the wall of the sanctuary or of the apse connects with the wall of the church. It should not be laid at one of the corners near the main entrance². The ceremony may be performed on any day, in the morning or afternoon. On the day preceding the ceremony, a priest vested in surplice and with a white or violet stole should erect a wooden cross, about six feet in height, on the place where the future altar will be placed.

PREPARATIONS

- I. On a table, covered with a white cloth, in a church or house near by:
 1. A Crucifix with two candlesticks (with lighted candles).
 2. For the bishop: white cope (*morse*); white stole, cincture, alb, amice, gold-cloth mitre and pastoral staff. If these are prepared in church, then they are placed on the main altar.
 3. Surplices will be placed apart for the assistants of the bishop³.
 4. Surplices for the clergy, the cross-bearer, the inferior ministers and acolytes.
 5. Two white silk humeral veils for the mitre-bearer and staff-bearer.
 6. The processional cross and candlesticks, with lighted candles, for the acolytes.
- II. On a slightly raised platform near where the Corner-stone is to be laid:
 1. A faldstool and a white cushion, or an ordinary chair and a prie-dieu.
 2. A rug, or a strip of carpet.

¹ Cf. Moretti, Vol. 4, page 261, ff.

² Martinucci-Menghini, Van der Stappen, Moretti.

³ Cf. Moretti, Vol. 4, page 261, III.

III. On a table, covered with a white cloth (to the right of the platform):

1. A vessel with water to be blessed¹.
2. Salt (in a small dish).
3. Holy Water sprinkle of hyssop, or of other herbs.
4. Towel for the use of the bishop.
5. *Pontificale Romanum, Pars II*, or some other manual containing the ceremony.
6. Canon for the Episcopal Blessing and Formula for the Indulgence.
7. Bugia (hand-candlestick) with lighted wax candle.
8. A small metal box in which are placed current coins, medals, etc., and a historical record of the ceremony written on parchment, and placed in a glass tube to prevent its deterioration from dampness.
9. Small trowel or sharp instrument for the use of the bishop.
10. Cement and trowel for the use of the mason.
11. There should be a cavity either in the bottom or in the top of the corner-stone, large enough to contain the metal box.
12. A suitable inscription is generally carved on the corner-stone and a small cross may be chiseled on each one of its six sides.

Following is the Order of Procession throughout the ceremony:

1. Cross-bearer, carrying the processional cross, accompanied by two acolytes carrying candlesticks with lighted candles.
2. Altar-boys and chanters. The latter, if not vested in cassock and surplice, precede the cross-bearer.
3. The clergy, according to seniority.
4. The bishop *cum mitra et baculo* between the assistants.
5. The inferior ministers (bearers of mitre, staff, book, candle).
The master of ceremonies directs the procession.

Note:—If Mass is to be celebrated, a temporary altar is erected in front of the wooden cross, and all preparations are made accordingly as it is to be a Solemn or a Low Mass.

The Mass should be a Solemn Votive Mass (with *Gloria* and *Credo*) of the Saint or Mystery in whose honor the church is to be dedicated.

The bishop may prefer to say Mass in a neighboring church or chapel.

¹ The ordinary holy-water vase may hold sufficient water for the ceremony. If not, a larger vessel should be used and a ladle provided for filling and re-filling the holy-water vase.

FUNCTION

(Pontificale Romanum, Vol. II)

The Bishop vests and blesses the Water

Pontifex paratus supra rochettum, vel, si sit regularis, supra superpelliceum, amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, et mitra simplici, et baculum Pastoralem in sinistra tenens, stans¹, cum mitra, in loco ubi Ecclesia est fundanda, benedicit sal, et aquam, dicens:²

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cœlum et terram.

Exorcizo te, creatura salis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ; ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium; et sis omnibus sumentibus te sanitas animæ et corporis; et effugiat, atque discedat a loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia et nequitia vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. ℞. Amen.

Deinde, depositis baculo Pastoralis et mitra, junctis manibus dicit:

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare tua pietate digneris; ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis; et quidquid ex eo tactum vel

¹ Throughout the ceremony the first assistant will put the mitre on the bishop and the second assistant will remove it. The staff-bearer kisses the pastoral-staff, then the bishop's (left) hand, when presenting the staff; when receiving it, he kisses the bishop's (left) hand and then the staff. See *Ordinary Episcopal Ceremonies*, n. 80; Moretti, Vol. 4.

² The book-bearer holds the book and the candle-bearer holds the bugia when the bishop reads.

respersum fuerit, careat omni immunditia omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R̄. Amen.*

Tum acceptis mitra et baculo Pastoralis, super aquam absolute dicit:

Exorcizo te, creatura aquæ, in nomine Dei Pa^{tr}is omnipotentis, et in nomine Jesu Christi Fi^{li} ejus Domini nostri, et in virtute Sancti^ſ Spiritus, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas, cum angelis suis apostaticis, per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. *R̄. Amen.*

Deinde, depositis baculo Pastoralis et mitra, junctis manibus dicit:

Ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

R̄. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R̄. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde; ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abjiciendos dæmones, morbosque pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum; ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium, hæc unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici, et si quid est quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat; ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R̄. Amen.*

Pontifex mittit sal in aquam, in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis, et aquæ pariter fiat. In nomine Pa-
tris, et Fi-**lii**, et Spiritus-**Sancti**. *R.* Amen.

Ps. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus, invictæ virtutis auctor, et insuperabilis imperii
Rex ac semper magnificus triumphator, qui adversæ
dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævi-
tiam superas, qui hostiles nequitias potenter expungnas,
te, Domine, trementes, et supplices deprecamur, ac peti-
mus, ut hanc creaturam salis, et aquæ dignanter aspi-
cias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices: ut
ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui
nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, ter-
rorque venenosi serpentis procul pellatur, et præsentia
Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus,
ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum
Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in uni-
tate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula
sæculorum. *R.* Amen.

Blessing of the Site for the Altar

Tum Pontifex **accipit mitram**, et schola cantat Antiphonam et
Psalmum sequentes. Interim dum ea cantantur, Pontifex **cum mitra**
aspergit locum, ubi crux posita est, cum aqua per eum benedicta.

Ant.: Signum salutis pone, Domine Jesu Christe, in
loco isto, et non permittas introire angelum percutientem.

Psalmus 83

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 28)

Quam dilecta habitatio tua,
Domine exercituum! * desiderat,
languens concupiscit anima mea
atria Domini;

Cor meum et caro mea * ex-
sultant ad Deum vivum.

Etiam passer invenit domum,

* et hirundo nidum sibi, ubi
ponat pullos suos;

Altaria tua, Domine exercitu-
um, * rex meus et Deus meus!

Beati qui habitant in domo
tua, Domine, * perpetuo lau-
dant te.

Beatus vir, cujus auxilium est a te, * cum sacra itinera in animo habet:

Transeuntes per vallem aridam, fontem facient eam, * ac benedictionibus vestiet eam pluvia prima.

Precedent de robore in robur; * videbunt Deum deorum in Sion.

Domine exercituum, audi orationem meam; * auribus percipe, Deus Jacob.

Clipeus noster, aspice, Deus, * et respice faciem uncti tui.

Vere, melior est dies unus in atriis tuis * quam alii mille;

Consistere malo in limine domus Dei mei, * quam morari in tabernaculis peccatorum.

Nam sol et clipeus est Dominus Deus: * gratiam et gloriam largitur Dominus,

Non negat bona eis * qui ambulant in innocentia.

Domine exercituum, * beatus homo qui confidit in te.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Finitis Antiphona et Psalmo praedictis, Pontifex stans versus ad locum per eum aspersum, **deposita mitra**, dicit:

Oremus

Domine Deus, qui licet cœlo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur; locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, et beati *N.*¹ (*nominando Sanctum, vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen fundabitur Ecclesia*), omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, et per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva, et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complexisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris, effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R̄.* Amen.

¹ "In *Lapidis primarii* Benedictionis Oratione: *Domine Deus, qui licet coelo et terra etc.*, omisso nomine cuiusvis Sancti vel Sanctae, dicatur: *B. Mariae semper Virginis omniumque Sanctorum intercedentibus meritis etc.*, et in Oratione: *Domine sancte Pater omnipotens* dicatur: *in honorem Sanctae Crucis aut in honorem mysterii Sanctissimi Sacramenti etc.*, quoties Ecclesia dedicanda erit non in honorem alicuius Sancti, sed alicuius mysterii, puta S. Crucis aut Sanctissimi Sacramenti." S. R. C., n. 3241, ad 3.

Blessing and Laying of the Corner-stone

Post haec stans adhuc **sine mitra**, Pontifex benedicit primarium lapidem, dicens:

- V̄. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
 R̄. Qui fecit cœlum et terram.
 V̄. Sit nomen Domini benedictum.
 R̄. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.
 V̄. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes.
 R̄. Hic factus est in caput anguli.
 V̄. Tu es Petrus.
 R̄. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.
 V̄. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
 R̄. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in
 sæcula sæculorum. Amen.

Oremus

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, splendor et imago æterni Patris, et vita æterna, qui es lapis angularis, de monte sine manibus abscissus, et immutabile fundamentum; hunc lapidem collocandum in tuo nomine confirma: et tu, qui es principium et finis, in quo principio Deus Pater ab initio cuncta creavit, sis, quæsumus, principium, et incrementum, et consummatio ipsius operis, quod debet ad laudem et gloriam tui nominis inchoari. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. R̄. Amen.

Oremus

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere dignare hunc lapidem in fundamentum Ecclesiæ, in honorem sancti *N.* Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, de quo dicit Apostolus, Petra autem erat Christus. Qui tecum et cum Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. R̄. Amen.

Tunc aspergit lapidem ipsum aqua benedicta, et accepto cultro, per singulas partes sculptit in eo signum crucis, dicens:

In nomine Pa^{tr}is, et Fi^{li}i, et Spiritus^Sancti.
R̄. Amen.

Quo facto, dicit:

Benedic, Domine, creaturam istam lapidis: et præsta per invocationem sancti nominis tui; ut quicumque ad hanc Ecclesiam ædificandam pura mente auxilium dederint, corporis sanitatem, et animæ medelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

Deinde ponitur in terram aliquod tapete, et desuper faldistorium super quod Pontifex, **accepta mitra**, accumbit. Tum dicuntur Litanie usque ad finem.

Kyrie, eleison.¹

Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus,

Miserere nobis.

Spiritus Sancte Deus,

Miserere nobis.

Sancta Trinitas, unus Deus,

Miserere nobis.

Sancta Maria,

Sancta Dei Genitrix,

Sancta Virgo virginum,

Sancte Michael,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphael,

*Ora
pro
nobis*

Omnes sancti Angeli et Archangeli, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti beatorum spirituum ordines, *Orate pro nobis.*

Sancte Joannes Baptista, *Ora pro nobis.*

Sancte Joseph, *Ora pro nobis.*

Omnes sancti Patriarchae et

Prophetae, *Orate pro nobis.*

Sancte Petre, *Ora pro nobis.*

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Jacobe,

Sancte Joannes,

Sancte Thoma,

Sancte Jacobe,

Sancte Philippe,

Sancte Bartholomaeae,

Sancte Matthaee,

Sancte Simon,

Sancte Thaddaeae,

Sancte Matthia,

Sancte Barnaba,

Sancte Luca,

Sancte Marce,

*Ora
pro
nobis*

Omnes sancti Apostoli et Evangelistae, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Discipuli Domini, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Innocentes, *Orate pro nobis.*

¹ When the Litany is sung, the first five invocations are repeated. When it is recited, they may be repeated.

Sancte Stephane, }
 Sancte Laurenti, } *Ora pro nobis*
 Sancti Vincenti, }

Sancti Fabiane et Sebastiane,
Orate pro nobis.

Sancti Joannes et Paule,
Orate pro nobis.

Sancti Cosma et Damiane,
Orate pro nobis.

Sancti Gervasi et Protasi,
Orate pro nobis.

Omnes sancti Martyres,
Orate pro nobis.

Sancte Silvester, }
 Sancte Gregori, } *Ora*
 Sancte Ambrosi, } *pro nobis*
 Sancte Augustine, }
 Sancte Hieronyme, }
 Sancte Martine, }
 Sancte Nicolae, }

Omnes sancti Pontifices et Con-
 fessores, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Doctores,
Orate pro nobis.

Sancte Antoni, }
 Sancte Benedicte, } *Ora*
 Sancte Bernarde, } *pro nobis*
 Sancte Dominice, }
 Sancte Francisce, }

Omnes sancti Sacerdotes et Le-
 vitae, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Monachi et Ere-
 mitae, *Orate pro nobis.*

Sancta Maria Magdalena, }
 Sancta Agatha, } *Ora*
 Sancta Lucia, } *pro*
 Sancta Agnes, } *nobis*
 Sancta Caecilia, }
 Sancta Catharina, }
 Sancta Anastasia, }

Omnes sanctae Virgines et Vi-
 duae, *Orate pro nobis.*

Omnes Sancti et Sanctae Dei,
Intercedite pro nobis.

Propitius esto,
Parce nobis Domine.

Propitius esto,
Exaudi nos Domine.

Ab omni malo, *Libera nos Domine*
 Ab omni peccato¹,

Ab ira tua,
 A subitanea et improvisa morte,
 Ab insidiis diaboli,
 Ab ira, et odio, et omni mala
 voluntate,

A spiritu fornicationis,
 A fulgure et tempestate,
 A flagello terraemotus,
 A peste, fame et bello,
 A morte perpetua,
 Per mysterium sanctae incarna-
 tionis tuae,

Per adventum tuum,
 Per nativitatem tuam,
 Per baptismum et sanctum je-
 junium tuum,

Per crucem et passionem tuam,
 Per mortem et sepulturam tuam,
 Per sanctam resurrectionem tu-
 am,

Per admirabilem ascensionem
 tuam,

Per adventum Spiritus Sancti
 Paracliti,

In die judicii,

Peccatores, *Te rogamus, audi nos*
 Ut nobis parceas²,

Ut nobis indulgeas,

Ut ad veram poenitentiam nos
 perducere digneris,

Ut Ecclesiam tuam sanctam |
 regere, et conservare digneris,

¹ *Libera nos, Domine.*

² *Te rogamus, audi nos.*

Ut Domnum Apostolicum, et
omnes ecclesiasticos ordines |
in sancta religione conservare
digneris, *Te rogamus, audi nos*
Ut inimicos sanctae Ecclesiae |
humiliare digneris¹,
Ut regibus et principibus chri-
stianis | pacem et veram con-
cordiam donare digneris,
Ut cuncto populo christiano |
pacem et unitatem largiri
digneris,
Ut omnes errantes ad unitatem
Ecclesiae revocare, | et in-
fideles universos ad Evangelii
lumen perducere digneris,
Ut nosmetipsos in tuo sancto
servitio | confortare, et con-
servare digneris,
Ut mentes nostras | ad coelestia
desideria erigas,
Ut omnibus benefactoribus no-
stris | sempiterna bona retri-
buas,

¹ *Te rogamus, audi nos.*

Ut animas nostras, | fratrum,
propinquorum et benefacto-
rum nostrorum | ab aeterna
damnatione eripias,
Te rogamus, audi nos.
Ut fructus terrae dare, | et con-
servare digneris¹,
Ut omnibus fidelibus defunctis |
requiem aeternam donare dig-
neris,
Ut nos exaudire digneris,
Fili Dei,
Agnus Dei, | qui tollis peccata
mundi, *Parce nobis Domine.*
Agnus Dei, | qui tollis peccata
mundi, *Exaudi nos Domine.*
Agnus Dei, | qui tollis peccata
mundi, *Miserere nobis.*
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison. Kyrie eleison.

¹ *Te rogamus, audi nos.*

Quibus finitis, Pontifex **deposita mitra** surgit, et stans versus ad
primarium lapidem, dicit:

Oremus

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præ-
veni, et adjuvando proseguere; ut cuncta nostra
oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta
finitur. Per Christum Dominum nostrum. **R̄.** Amen.

Deinde, parato caemento, et caementario assistente, Pontifex **cum**
mitra inchoat, schola proseguente, Antiphonam:

Ant. Mane surgens Jacob * erigebat lapidem in titulum,
fundens oleum desuper, votum vovit Domino: vere locus
iste sanctus est, et ego nesciebam.

Psalmus 126

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 28)

Nisi Dominus aedificaverit domum, * in vanum laborant qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * in vanum vigilat custos.

Vanum est vobis surgere ante lucem, * sedere in multam noctem,

Qui manducatis panem duri laboris: * quoniam largitur dilectis suis in somno.

Ecce donum Domini sunt filii, * merces est fructus ventris.

Sicut sagittae in manu bellatoris, * ita filii juventutis.

Beatus vir qui eis implevit pharetram suam: * non confundentur, cum contenderint cum inimicis in porta.

Gloria Patri.

Sicut erat, etc.

Quo dicto, Pontifex stans **cum mitra** tangit, et ponit ipsum primarium lapidem in fundamento, dicens:

In fide Jesu Christi collocamus lapidem istum primum in hoc fundamento: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut vigeat vera fides hic, et timor Dei, fraternaque dilectio; et sit hic locus destinatus orationi, et ad invocandum, et laudandum nomen ejusdem Domini nostri Jesu Christi. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

Interim caementarius locat ipsum lapidem cum caemento, postea Pontifex spargit super lapidem aquam benedictam, dicens:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

Psalmus 50¹

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 29)

Miserere mei, Deus, * secundum misericordiam tuam; * secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Penitus lava me a culpa mea, * et a peccato meo munda me.

Nam iniquitatem meam ego agnosco, * et peccatum meum coram me est semper.

¹ The bishop recites the *Miserere* with his assistants.

Tibi soli peccavi * et, quod malum est coram te, feci.

Ut manifestetur justus in sententia tua,* rectus in iudicio tuo.

Ecce, in culpa natus sum,* et in peccato concepit me mater mea.

Ecce, sinceritate cordis delectaris,* et in praeordiis sapientiam me doces.

Asperge me hyssopo, et mundabor;* lava me, et super nivem dealabor.

Fac me audire gaudium et laetitiam,* exsultent ossa quae contrivisti.

Averte faciem tuam a peccatis meis,* et omnes culpas meas dele.

Cor mundum crea mihi, Deus,* et spiritum firmum renova in me.

Ne projeceris me a facie tua,* et spiritum sanctum tuum ne abstuleris a me.

Redde mihi laetitiam salutis

tuae,* et spiritu generoso confirma me.

Docebo iniquos vias tuas,* et peccatores ad te convertentur.

Libera me a poena sanguinis, Deus, Deus salvator, meus:* exsultet lingua mea de iustitia tua.

Domine, labia mea aperies,* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Neque enim sacrificio delectaris;* et holocaustum, si darem, non acceptares.

Sacrificium meum, Deus, spiritus contritus,* cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, pro bonitate tua, erga Sion,* ut reaedifices muros Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificia legitima, oblationes et holocausta,* tunc offerent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri. Sicut erat.

Blessing of the Foundations

Quo dicto, Pontifex spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta; si non sunt aperta, circuit aspergendo fundamenta Ecclesiae designata, hoc modo. Incipiens aspergere, et circumire, inchoat, schola prosequente, Antiphonam:

Ant. O quam metuendus est * locus iste! vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta coeli.

Psalmus 86

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 30)

Fundationem suam in montibus sanctis diligit Dominus: * portas Sion magis quam omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa praedicantur de te, * civitas Dei!

Accensebo Rahab et Babel colentibus me: * ecce, Philistaea et Tyrus populusque Aethiopum: hi nati sunt illic.

Et de Sion dicetur: "Viritim omnes sunt nati in ea, * et ipse firmavit eam Excelsus."

Dominus scribet in libro populorum: * "Hi nati sunt illic."

Et cantabunt, dum chorum ducent: * "Omnes fontes mei sunt in te."

Gloria Patri.
Sicut erat, etc.

Et repetitur Antiphona. Interim aspergendo procedit usque ad tertiam partem fundamentorum apertorum, seu designatorum, ubi subsistit; et repetita Antiphona, Pontifex stans ibidem, **deposita mitra**, dicit:

Oremus. *Et Ministri:* Flectamus genua. *R̄.* Levate.

Omnipotens et misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ ceteris gratiam contulisti; ut quicquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam; ut quicquid modo visitaturi sumus, visites, et quicquid benedicturi sumus, benedicas; sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. *R̄.* Amen.

Deinde inchoat, schola prosequente, Antiphonam:

Ant. Pax æterna * ab Æterno huic domui. Pax perennis, Verbum Patris, sit pax huic domui. Pacem pius Consolator huic præstet domui.

Interim Pontifex **accepta mitra**, aspergendo procedit usque ad aliam tertiam partem fundamentorum apertorum, seu designatorum, ibidem subsistens; et finita Antiphona, stans **cum mitra**, dicit:

Omnipotentem Deum, fratres charissimi, in cujus domo multæ sunt mansiones, supplices deprecemur; ut locum istum nomini suo ædificandum per serenissimam pietatem suam bene✠dicere, sancti✠ficare, et con✠secrare dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R̄*. Amen.

Deinde inchoat, schola prosequente, Antiphonam:

Ant. Bene fundata est * domus Domini supra firmam petram.

Psalmus 121

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 30)

Laetatus sum, quia dixerunt mihi: * "In domum Domini ibimus."

Jam consistunt pedes nostri * in portis tuis, Jerusalem,

Jerusalem quae aedificata est ut civitas, * in se compacta tota.

Illuc ascendunt tribus, tribus Domini, * secundum legem Israëli, ad celebrandum nomen Domini.

Illic positae sunt sedes judicii, * sedes domus David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem! * securi sint qui diligunt te!

Sit pax in moenibus tuis, * securitas in palatiis tuis!

Propter fratres meos et sodales meos * loquar: Pax in te!

Propter domum Domini, Dei nostri, * precabor bona tibi.

Gloria Patri. Sicut erat, *etc.*

Et repetitur Antiphona. Interim Pontifex aspergendo procedit per ultimam tertiam partem fundamentorum apertorum, seu designatorum, revertens ad locum, in quo lapidem imposuit; ubi repetita Antiphona, stans **deposita mitra**, dicit:

Invocation on the Church to be Erected

Oremus. *Et Ministri:* Flectamus genua. *R̄*. Levate.

Deus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum, æternum majestati tuæ condis habitaculum: da ædificationi tuæ incrementa cœlestia; ut quod, te jubente fundatur, te largiente, perficiatur. Per Christum Dominum nostrum. *R̄*. Amen.

Subsequenter Pontifex ibidem stans **sine mitra**, inchoat, schola prosequente, Hymnum:

Veni, Creator Spiritus,	Accende lumen sensibus,
Mentes tuorum visita,	Infunde amorem cordibus:
Imple superna gratia	Infirma nostri corporis
Quae tu creasti pectora.	Virtute firmans perpeti.

Qui diceris Paraclitus,	Hostem repellas longius,
Altissimi donum Dei,	Pacemque dones protinus:
Fons vivus, ignis, charitas,	Ductore sic te praevio
Et spiritalis unctio.	Vitemus omne noxium.

Tu septiformis munere,	Per te sciamus da Patrem,
Digitus paternae dexterae,	Noscamus atque Filium,
Tu rite promissum Patris,	Teque utriusque Spiritum
Sermone ditans guttura.	Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria¹
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In saeculorum saecula. *R.* Amen.

Quo inchoato, Pontifex genuflectit usque ad finem primi versus. Tunc surgit stans, detecto capite usque ad finem Hymni, quo finito, dicit:

Descendat, quæsumus Domine Deus noster, Spiritus tuus Sanctus super hanc domum ædificandam, qui et dona nostra, et populi tui, in ea sanctificet, et ipsius corda dignanter emundet. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

¹ Conclusio Hymni ... semper sit retinenda ac nunquam ... in aliam mutanda. S.R.C., n. 4036.

Oremus

Deus, qui in omni loco dominationis tuæ clemens ac benignus dedicator assistis: exaudi nos, quæsumus, et concede; ut inviolabilis hujus loci permaneat constructio, et beneficia tui muneris universitas fidelium, quæ tibi supplicat, percipere mereatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R̄*. Amen.

Hoc facto, **accepta mitra**, Pontifex, si placet, sedens ibidem in faldistorio, exhortatur populum ad contribuendum pro structura Ecclesiae novae, et aliis opportunis. Deinde dat benedictionem solemnem, dicens:

Sit nomen Domini benedictum, *etc.*

Et in fine concedit **indulgentias**. His expletis, si velit, parat se ad celebrandum Missam in dicto loco, de Sancto, in cujus nomine Ecclesia fundatur.

THE BLESSING OF A CHURCH

Performed by a Bishop

(Juxta Rituale Romanum, *mutatis mutandis*)

PRELIMINARY

This is not an episcopal ceremony, but it is sometimes performed by a bishop. It is used only at the Blessing of a church and a public or semi-public oratory, which are dedicated for divine service *in perpetuum*¹. The Blessing may be performed on any day, but in the morning, since Mass follows the ceremony.

PREPARATIONS

I. The Church.

1. The approach and the walks around the church should be clear and in good condition².
2. The church itself and the altar should be bare and without ornament. The people should not be admitted until the Blessing has been performed.
3. At the foot of the altar, a prie-dieu for the bishop, or a cushion on the lowest step of the altar.

II. In the Parochial Residence (or in the Sacristy).

1. Processional cross and two candlesticks (with lighted candles) for the acolytes.
2. For the bishop: White cope (*morse*) and stole, cincture, alb and amice, gold-cloth mitre and pastoral staff.
3. Surplices for the two assistants of the bishop, and for the book-bearer, the candle-bearer, the mitre-bearer and the staff-bearer. For the last two mentioned, two silk humeral veils.
4. Vase, containing holy-water and sprinkle of hyssop (bunch of herbs).
5. The Roman Ritual, or some other manual containing the ceremony.

¹ *Benedicenda*, Schulte, p. 148.

² If there be an obstruction that can not be removed, at least those parts which can be reached must be sprinkled. (S. R. C., n. 1321, ad 1).

III. In the Sacristy.

1. Vestments for the Mass; the chalice and its appurtenances.
2. Articles for the Altar: *a)* Crucifix; *b)* six candlesticks with wax candles; *c)* altar-linens; *d)* altar-cards; *e)* Missal-stand; *f)* bell; *g)* wine and water; *h)* finger-towel and *Lavabo* dish.
These articles may be placed near the altar, especially if some are to be blessed.
3. If the Blessed Sacrament is to be kept in the church, the lunette with host, the ciborium with particles, the tabernacle¹ key and the ablution cup with purificator should be prepared.

Following is the Order of Procession throughout the ceremony:

1. Cross-bearer, carrying the processional cross, accompanied by two acolytes carrying candlesticks with lighted candles.
2. Altar-boys and chanters. The latter, if not vested in cassock and surplice, precede the cross-bearer.
3. The clergy, according to seniority.
4. The bishop *cum mitra et baculo* between the assistants.
5. The inferior ministers (bearers of mitre, staff, book, candle).
The master of ceremonies directs the procession.

FUNCTION

The Exterior of the Church is Blessed

Pontifex, praelata cruce media inter duos clericos deferentes cereos accensos, mane procedit **cum mitra et baculo** ad primariam Ecclesiae, vel Oratorii, januam²: ubi stans **sine mitra et baculo**, conversus ad eam, dicit:

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, et adjuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. **R̄. Amen.**

Deinde inchoat, Clero prosequente, Antiphonam:

Asperges me * Domine hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

¹ If the altar is new, the tabernacle must be blessed. S. R. C., n. 4035, ad 4.

² The cross-bearer and the acolytes stand at the bishop's right.

Et Clerus alternatim dicit Psalmum¹

Psalmus 50

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 29)

Misereri mei, Deus, secundum misericordiam tuam; * secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Penitus lava me a culpa mea, * et a peccato meo munda me.

Nam iniquitatem meam ego agnosco, * et peccatum meum coram me est semper.

Tibi soli peccavi * et, quod malum est coram te, feci,

Ut manifestetur justus in sententia tua, * rectus in iudicio tuo.

Ecce, in culpa natus sum, * et in peccato concepit me mater mea.

Ecce, sinceritate cordis delectaris, * et in praeordiis sapientiam me doces.

Asperge me hyssopo, et mundabor; * lava me, et super nivem dealabor.

Fac me audire gaudium et laetitiam, * exsultent ossa quae contrivisti.

Averte faciem tuam a peccatis meis, * et omnes culpas meas dele.

Cor mundum crea mihi, Deus, * et spiritum firmum renova in me.

Ne projeceris me a facie tua, * et spiritum sanctum tuum ne abstuleris a me.

Redde mihi laetitiam salutis tuae, * et spiritu generoso confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, * et peccatores ad te convertentur.

Libera me a poena sanguinis, Deus, Deus salvator meus: * exsultet lingua mea de justitia tua.

Domine, labia mea aperies, * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Neque enim sacrificio delectaris; * et holocaustum, si darem, non acceptares.

Sacrificium meum, Deus, spiritus contritus: * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, pro bonitate tua, erga Sion, * ut reaedifices muros Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificia legitima, oblationes et holocausta, * tunc offerent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri.
Sicut erat, etc.

¹ The psalm *Miserere* may be repeated, if necessary. If there be an obstruction that can not be removed, at least those parts which can be reached must be sprinkled. (S. R. C., n. 1321, ad 1).

Interim circumdant exterius Ecclesiam (quae intus debet esse vacua et nuda, et pariter Altaria nuda excluso populo, donec absoluta sit benedictio), et Pontifex, **cum mitra** (**sine baculo**) accepto aspergillo ex herba hyssopi, ad ejus dexteram se convertens, parietes Ecclesiae in superiori parte, et in fundamentis cum aqua benedicta aspergit, dicens:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Reversi ad locum, unde Processio initium habuit, repetita Antiphona a Clero, Pontifex, **sine mitra**, stans ut prius versus Ecclesiam, dicit:

Oremus. *Et Ministri:* Flectamus genua. *R̄.* Levate.

Oratio

Domine Deus, qui licet cælo et terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, et beati *N.....*¹, (*nominando Sanctum, vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen benedicitur Ecclesia*), omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ in tuitu visita, et per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; et qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevistis, in hoc opere desideria nostra perficere digneris, effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum Jesum Christum, *etc.* *R̄.* Amen.

The Altar is Blessed

Qua finita Oratione, omnes bini in Ecclesiam intrantes, ad Altare majus procedunt, Litanias decantantes:

Kyrie, eleison.³

Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus,

Miserere nobis.

¹ Quando Ecclesia dedicata sit non sub alicujus Beati vocabulo sed alicujus mysterii ut Sanctae Crucis, Sanctissimi Sacramenti etc., "in Oratione quae incipit *Domine Deus, qui licet cælo et terra*, etc., omisso nomine cujusvis Sancti vel Sanctae, dicatur: *Beatæ Mariæ semper Virginis omniumque Sanctorum intercedentibus meritis*, etc." S. R. C., n. 3241, ad 3.

² When the Litany is **sung**, the first five invocations are repeated. When it is **recited**, they *may* be repeated.

Spiritus Sancte Deus,
Miserere nobis.

Sancta Trinitas, unus Deus,
Miserere nobis.

Sancta Maria, *Ora pro nobis.*

Sancta Dei Genitrix,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancta Virgo virginum,		
Sancte Michael,		
Sancte Gabriel,		
Sancte Raphael,		

Omnes sancti Angeli et Arch-
angeli, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti beatorum spiritu-
um ordines, *Orate pro nobis.*

Sancte Joannes Baptista,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancte Joseph,		

Omnes sancti Patriarchae et
Prophetae, *Orate pro nobis.*

Sancte Petre, *Ora pro nobis.*

Sancte Paule,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancte Andrea,		
Sancte Jacobe,		
Sancte Joannes,		
Sancte Thoma,		
Sancte Jacobe,		
Sancte Philippe,		
Sancte Bartholomaeae,		
Sancte Matthaeae,		
Sancte Simon,		
Sancte Thaddaeae,		
Sancte Matthia,		
Sancte Barnaba,		
Sancte Luca,		
Sancte Marce,		

Omnes sancti Apostoli et Evan-
gelistae, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Discipuli Domini,
Orate pro nobis.

Omnes sancti Innocentes,
Orate pro nobis.

Sancte Stephane,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancte Laurenti,		
Sancti Vincenti,		

Sancti Fabiane et Sebastiane,
Orate pro nobis.

Sancti Joannes et Paule,
Orate pro nobis.

Sancti Cosma et Damiane,
Orate pro nobis.

Sancti Gervasi et Protasi,
Orate pro nobis.

Omnes sancti Martyres,
Orate pro nobis.

Sancte Silvester,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancte Gregori,		
Sancte Ambrosi,		
Sancte Augustine,		
Sancte Hieronyme,		
Sancte Martine,		
Sancte Nicolae,		

Omnes sancti Pontifices et Con-
fessores, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Doctores,
Orate pro nobis.

Sancte Antoni,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancte Benedicte,		
Sancte Bernarde,		
Sancte Dominice,		
Sancte Francisce,		

Omnes sancti Sacerdotes et Le-
vitae, *Orate pro nobis.*

Omnes sancti Monachi et Ere-
mitae, *Orate pro nobis.*

Sancta Maria Magdalena,	}	<i>Ora pro nobis</i>
Sancta Agatha,		
Sancta Lucia,		
Sancta Agnes,		
Sancta Caecilia,		
Sancta Catharina,		
Sancta Anastasia,		

Omnes sanctae Virgines et Viduae, *Orate pro nobis.*

Omnes Sancti et Sanctae Dei, *Intercedite pro nobis.*

Propitius esto,
Parce nobis Domine.

Propitius esto,
Exaudi nos Domine.

Ab omni malo,
Libera nos Domine.

Ab omni peccato,¹
Ab ira tua,
A subitanea et improvisa morte,
Ab insidiis diaboli,
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,
A spiritu fornicationis,
A fulgure et tempestate,
A flagello terraemotus,
A peste, fame et bello,
A morte perpetua,
Per mysterium sanctae incarnationis tuae,
Per adventum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per baptismum et sanctum jejunium tuum,
Per crucem et passionem tuam,
Per mortem et sepulturam tuam,
Per sanctam resurrectionem tuam,
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per adventum Spiritus Sancti Paracliti,
In die iudicii,

Peccatores, } *Te rogamus,*
Ut nobis parcas, } *audi nos*

¹ *Libera nos, Domine.*

Ut nobis indulgeas,
Te rogamus, audi nos.

Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris,¹

Ut Ecclesiam tuam sanctam | regere, et conservare digneris,

Ut Domnum Apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines | in sancta religione conservare digneris,

Ut inimicos sanctae Ecclesiae | humiliare digneris,

Ut regibus et principibus christianis | pacem et veram concordiam donare digneris,

Ut cuncto populo christiano | pacem et unitatem largiri digneris,

Ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiae revocare, | et infideles universos ad Evangelii lumen perducere digneris,

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio | confortare, et conservare digneris,

Ut mentes nostras | ad coelestia desideria erigas,

Ut omnibus benefactoribus nostris | sempiterna bona retribuas,

Ut animas nostras, | fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum | ab aeterna damnatione eripias,

Ut fructus terrae dare, | et conservare digneris,

Ut omnibus fidelibus defunctis | requiem aeternam donare digneris,

¹ *Te rogamus, audi nos.*

Surgit Pontifex, et cum mitra et baculo intelligibili voce dicit:

Ut hanc Ecclesiam, et Altare ad honorem tuum, et nomen Sancti tui *N.*, purgare, et bened[✠]dicere digneris:

R̄. Te rogamus, audi nos.

Cum dicit **benedicere**, manu dextera benedicit Ecclesiam, et Altare; deinde, ut prius, genuflectit donec perficiantur Litaniae, et cantores prosequantur:

Ut nos exaudire digneris,

Te rogamus, audi nos.

Fili Dei, *Te rogamus, audi nos.*

Agnus Dei, | qui tollis peccata mundi, *Parce nobis Domine.*

Agnus Dei, | qui tollis peccata mundi, *Exaudi nos Domine.*

Agnus Dei, | qui tollis peccata mundi, *Miserere nobis.*

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Dicto ultimo

Kyrie eleison,

Pontifex stans, **sine mitra et baculo**, dicit:

Oremus. *Et Ministri:* Flectamus genua. *R̄. Levate.*

Oratio

Præveniat nos, quæsumus Domine, misericordia tua: et intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. *R̄. Amen.*

Tum distans ab Altari congruenti spatio genuflexus, et se signans, dicit:

Deus, in adjutorium meum intende;

et statim surgit, Clero respondente:

Domine, ad adjuvandum me festina.

ipse vero stans dicit:

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Chorus respondet:

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Postea Pontifex dicit:

Oremus. *Et Ministri:* Flectamus genua. R̄. Levate.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ ceteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne, perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, visites: et quidquid benedicturi sumus, benedicas: sitque ad nostræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, *etc.* R̄. Amen.

The Interior of the Church is Blessed

His dictis, Pontifex **cum mitra**, (*sine baculo*) inchoat Antiphonam: **Benedic, Domine, domum istam nomini tuo ædificatam,** cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet:

Psalmus 119

(For the VULGATE version, see APPENDIX, pages 30, 31)

Ad Dominum, cum tribularer,
clamavi * et exaudivit me.

Domine, libera animam meam
a labio iniquo, * a lingua dolosa.

Quid dabit tibi aut quid ad-
det tibi, * lingua dolosa?

Sagittas potentis acutas * et
carbones genistarum.

Heu mihi, quod dego in Mo-
soch, * habito in tentoriis Cedar!

Nimum habitavit anima mea
* cum iis, qui oderunt pacem.

Ego pacem cum loquor, * illi
urgent ad bellum.

Gloria Patri.

Sicut erat, *etc.*

Psalmus 120

Attollo oculos meos in montes:
* unde veniet auxilium mihi?

Auxilium meum a Domino, *
qui fecit caelum et terram.

Non sinet nutare pedem tuum,
* non dormitabit, qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque
dormiet, * qui custodit Israël.

Dominus custodit te, * Do-
minus protectio tua a latere

dextro tuo.

Per diem sol non feriet te, *
neque luna per noctem.

Dominus custodiet te ab omni
malo: * custodiet animam tuam.

Dominus custodiet exitum tu-
um et introitum tuum, * et
nunc et usque in saeculum.

Gloria Patri.

Sicut erat, *etc.*

Psalmus 121

(For the VULGATE version, see APPENDIX, page 31)

Laetatus sum, quia dixerunt mihi: * "In domum Domini ibimus."

Jam consistunt pedes nostri * in portis tuis, Jerusalem,

Jerusalem quae aedificata est ut civitas, * in se compacta tota.

Illuc ascendunt tribus, tribus Domini, * secundum legem Israëli, ad celebrandum nomen Domini.

Illic positae sunt sedes judicii, * sedes domus David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem! * securi sint qui diligunt te!

Sit pax in moenibus tuis, * securitas in palatiis tuis!

Propter fratres meos et sodales meos * loquar: Pax in te!

Propter domum Domini, Dei nostri, * precabor bona tibi.

Gloria Patri. Sicut erat, etc.

Ant. Benedic, Domine, domum istam nomini tuo aedificatam.

Interim aspergit interius parietes in parte superiori et inferiori, inchoans aspersionem a parte Evangelii, dicens:

Asperges me, etc.

tum ad Altare reversus, dicit, **sine mitra**:

Oremus. *Et Ministri*: Flectamus genua. *R̄*. Levate.

Oratio

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam: ut ab omnibus his nomen tuum invocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R̄*. Amen.

The Mass

Then is said the Solemn Votive Mass of the Mystery or the Saint, in whose honor the church has been blessed. If the Office of the day does not permit, then the Mass of the day is said with a commemoration of the Titular, under one conclusion with the principal oration, according to the rubrics of the Missal. The bishop usually assists at the Mass. See *Ordinary Episcopal Ceremonies*, n. 110, for Solemn Mass in Presence of the Ordinary, in cope and mitre; or n. 133, for instructions when the Ordinary assists in rochet and mozetta.

APPENDIX

VULGATE VERSION OF THE PSALMS

Psalmus 83

Quam dilecta tabernacula tua,
Domine virtutum! * concupiscit
et deficit anima mea in atria
Domini.

Cor meum et caro mea * ex-
sultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi do-
mum: * et turtur nidum sibi,
ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtu-
tum: * Rex meus, et Deus meus.

Beati qui habitant in domo
tua, Domine: * in saecula sae-
culorum laudabunt te.

Beatus vir cujus est auxilium
abs te: * ascensiones in corde
suo disposuit in valle lacrima-
rum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit
legislator, ibunt de virtute in
virtutem: * videbitur Deus de-
orum in Sion.

Domine Deus virtutem, ex-
audi orationem meam: * auri-
bus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice, Deus:
* et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in
atriis tuis: * super millia.

Elegi abjectus esse in domo
Dei mei: * magis quam habi-
tare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veri-
tatem diligit Deus: * gratiam
et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui
ambulant in innocentia: * Do-
mine virtutum, beatus homo
qui sperat in te.

Gloria Patri, et Filio, * et
Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et
nunc, et semper, * et in sae-
cula saeculorum. Amen.

Psalmus 126

Nisi Dominus aedificaverit do-
mum: * in vanum laboraverunt
qui aedificant eam.

Nisi Dominus custodierit ci-
vitatem: * frustra vigilat, qui
custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem
surgere: * surgite postquam se-
deritis, qui manducatis panem
doloris.

Cum dederit dilectis suis som-
num: * ecce haereditas Domini,
filii; merces fructus ventris.

Sicut sagittae in manu po-
tentis: * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit de-
siderium suum ex ipsis: * non
confundetur cum loquetur ini-
micis suis in porta.

Gloria Patri. Sicut erat, *etc.*

Psalms 50

Miserere mei Deus: * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: * lavabis me et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Psalmus 86

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te: * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis: * scientium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et populus Aethiopum: * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea: * et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum: * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut laetantium omnium * habitatio est in te.

Gloria Patri.

Sicut erat, *etc.*

Psalmus 121

Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in

judicio: * sedes super domum David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem: * et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos, * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: * quaesivi bona tibi.

Gloria Patri. Sicut erat, *etc.*

Psalmus 119

Ad Dominum cum tribularer clamavi: * et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittae potentis acutae, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri.

Sicut erat, *etc.*

Psalmus 120

Levavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit caelum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum; * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Domi-

nus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Gloria Patri. Sicut erat, etc.

Psalmus 121

Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis, Jerusalem.

Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israëli ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in

judicio, * sedes super domum David.

Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem, * et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem de te:

Propter domum Domini Dei nostri, * quaesivi bona tibi.

Gloria Patri. Sicut erat, etc.

Particularly helpful to Sacristans and Masters of Ceremonies in its orderly and complete enumeration of things to be prepared for the various episcopal functions is our **Manual of Episcopal Ceremonies**, based on the *Caeremoniale Episcoporum*, Decrees of the Sacred Congregation of Rites and approved authors. By Rt. Rev. Aurelius Stehle, O.S.B., D.D., Archabbot of St. Vincent. **Fourth Edition, 1948.** At present out of print, it is being revised in sections. The following newly revised editions are available:

Stehle-Rettger, ORDINARY EPISCOPAL CEREMONIES, a Section of the *Manual of Episcopal Ceremonies* by Rt. Reverend Aurelius Stehle, O.S.B. Revised 1959. 224 (viii) pages. In heavy paper cover, **Price \$4.00.**
Bound in cloth.....**Price \$5.00.**

Stehle-Rettger, EPISCOPAL CEREMONIES FOR HOLY WEEK, a Section of the *Manual of Episcopal Ceremonies* by Rt. Rev. Aurelius Stehle, O.S.B. Revised 1958. 80 (viii) pages. In heavy paper cover, **Price \$1.00.**
The Archabbey Press, Latrobe, Pennsylvania.

Aug 9/64
Dedication
La Salette military Shrine

